



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvtae, Sive Considerationes Piae, Praecipuam  
Spiritualis Vitae Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

315. Dominica 21. post Pentecost. De Studiositate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

554 *Dominica 21. post Pentecost.*  
exercere velim, implorato ad id auxilio  
Beatissimæ Virginis.

MEDITATIO CCCXV

*Dominica 21. post Pentecosten.*

*De Studiositate.*

**A**spiciam Dominum JESUM negligentis  
inimicum, præ Studiositate, ut ad ean-  
dem nos accenderet, sæpe de altera vita lo-  
quentem, eandemque inclamantem. Petam  
eam obtinere.

*Conf. 1.* Studiositas est virtus, quâ im-  
moderatum appetitum sciendi comprimimus,  
& animum ad necessaria discenda negligenti-  
tem accendimus.

*Conf. 2. Incitamenta. 1. Altiora te ne  
quesieris. Scrutator Majestatis opprimetur à  
gloria. Non plus sapere, quàm oportet sapere.  
2. Nihil est in homine post virtutem dignius  
scientiâ, perficiente intellectum; in discendo  
optime tempus collocatur. 3. Stultitia in-  
ducit negligentiam, dicit enim: Quorsum  
discendi labor, ad quid horum scientia? &c.  
4. Christus laudat scribam, proferentem de  
thesauro suo nova, & vetera. 5. Ipse Christus  
exempli causâ inter Doctores duodennis  
audiebat, & interrogabat studiosissime.*

*Conf. 3. Actiones. 1. noxia, prohibita, cu-  
riosa, inutilia, nolle scire, & solam cognitio-*  
nem

*Dominica 21. post Pentecosten. 555*

1. nem statui congruam appetere. 2. Non præponere scientiam virtuti, & saluti, sed eam ad hæc dirigere. 3. Studere utilibus rebus, quib' oportet: eo fine, quo oportet: illis locis, & auxilijs, quibus oportet. 4. Languentem appetitum sciendi necessaria, aut utilia accendere. 5. Non solum intellectum, sed etiam sensus internos, & externos à rerum inutilium perceptione reprimere. 6. Studere rationibus reddendis Judici venturo, de quo hodie dicitur, quod sit similis homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. In quæ verba, ait Origenes hic in Matthæi 18. *Vita nostra ratio ponenda: omnes enim oportet sisti ad tribunal Christi, facietque tunc Deus ineffabili virtute, ut omnia gesta ab omnibus, singulis quibusque cild in mentem veniant.* Augustinus addit: *serm. 15. de Verbis Domin. Omnis homo, & debitor est Dei, & debitorem habet fratrem: si non dimiseris, replicabo tibi, quidquid dimiseram. Ut ad Eucharistiam, cibum sapientæ dignius, accedam, discam remittere debitoribus.*

MEDITATIO CCCXVI.

Feria 2. Domin. 21. post Pentecost.

*De Taciturnitate.*

**V**idebo D. JESUM orisuo summam custodiam adhibentem: Petam eum imitari

AA 2 tari